
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
68
3 A
22



indiculus initalis

# J. A. COMENII
# IANVA LINGVARVM
# RESERATA,

*Cum Græca versione*

THEODORI SIMONII

HOLSATI,

*Innumeris in locis emendata*

à


STEPHANO CURCELLÆO:

Qui etiam Gallicam novam adjunxit.




*AMSTELODAMI*,

Apud Ludovicum Elzevirium,




cIↃ IↃC XLIX.

*Cum Privilegio.*

# PRIVILEGIE.

EEN yder wvert verbooden by Octroy vande Heeren Staaten Generael, ende de by-gevoegde Attache van wegen de Provincie van Hollandt, in dato den 19 Junij ende 8 Iulij 1642. vergunt aen Louys Elzevier Boeck-verkooper tot Amsterdam dit tegenwoordigh Boeck geintituleert I. A. Comenii Ianua aurea Linguarum cum adjuncta Græca versione autore Theodoro Simonio &c. Binnen den tijdt van elf jaeren, directelijck oft indirectelijck, in 't groot ofte kleyn, te drucken ofte doen drucken ofte elders gedruckt in dese Provincien ofte 't resort van dien te brengen, te verkoopen, ofte uyt te geven, zonder consent van den voorsz. Elzevier op de verbeurte van de naer-gedruckte exemplaren ende twee hondert guldens, soo by den Drucker als den Verkooper te verbeuren, t' appliceren als naerder by de originele Octroyen te sien is.

## AD LECTORES Eruditos Præfatio.

COGNITUM Scholis non satis fuisse verum & genuinum linguas tradendi modum hactenus, res ipsa loquitur. Consenescebant plerique, qui se dediderant literis, circa vocabula: soli Latinæ linguæ decem, & plures anni tribuebantur; imò tota ætas, tardissimo, eóque exili, & operæ pretium non refundente profectu.

Questi id sunt jam pridem viri magni, Vives, Erasmus, Sturmius, Frischlinus, Dornavius, alii: quorum satis luculentæ de re eâ prostant querelæ; non item radicitùs malum tollentia remedia. Ideo excellentiora ingenia Scaligerorum, Lipsiorum, &c. vulgari illâ infeliciter tritâ viâ relictâ, per devios quosdam, directiores tamen tramites, ad linguarum & scientiarum fastigia feliciter enixi sunt.

## PREFACE AUX LECTEURS doctes & sçavants.

*C'EST une chose qui parle de soy mesme, que la vraye & propre façon d'enseigner les langues n'a pas esté bien reconnue és Escoles jusqu'à present. La pluspart de ceux qui s'adonnoyent aux lettres vieillisoyent dans l'estude des mots, & on mettoit dix ans & d'avantage à l'estude de la seule langue Latine, mesmes on y employoit toute sa vie, avec un avancement fort petit, & qui ne respondoit point à la peine & au travail qu'on y prenoit.*

*Plusieurs grands personnages s'en sont plaints dés long temps, comme Vives, Erasme, Sturmius, Frischlin, Dornavius, & autres, desquels nous avons les plaintes assez claires: mais non les remedes qui pourroyent oster le mal dés la racine. C'est pourquoy les plus excellents esprits, comme le sieur de la Scale, Lipse, &c. ayans laissé ce chemin commun & battu avec un si mal-heureux succez, sont heureusement parvenus au faiste des langues, & des sciences, par certains sentiers destournez, mais toutesfois plus courts & plus droits.*

Verùm enim verò paucis illi vestigia sua quà sequenda essent, demonstrârunt: nec cujusvis est, propriâ iudagine insueta tentare, aut (quod ajunt) nare sine cortice. Quò factum, ut Scholæ ataxias suas (quicquid seculi felicitatem, & literarum lucem jactârint) majori ex parte retinuerint hactenus.

Distinebatur nimirum, imò distendebatur juventus præceptionibus Grammaticis infinitè prolixis, perplexis, obscuris, majorem partem inutilibus, annis aliquot: hæc prima crux. Tum per eosdem annos effarciebatur vocabulis rerum sine rebus; id est, nec res vocibus illis exprimendæ (quò facilior, firmior, & evidentiori cum utilitate impressio fieret) monstrabantur, nec vocum juncturæ, cuivis linguæ propriæ, ostendebantur: manifesto utrinque errore.

Voces enim, quia rerum signa sunt, his ignoratis quid significabunt? Noverit puer millies millena vo-

*Mais ils ont monstré à peu de gens leurs traces & le chemin qu'il faloit tenir pour les suivre, & ce n'est pas le fait de chacun d'essayer des choses inusitées par la seule & propre industrie: ou, comme on dit, de voler sans ailes. De là est venu que les Escoles ont pour la pluspart retenu jusqu'à present leurs desordres & confusion, quoy qu'elles se soyent vantées de la felicité du siecle & de la lumiere des lettres.*

*La jeunesse estoit detenu quelques années durant, & surchargée d'une infinité de preceptes de Grammaire, longs, embrouillez, obscurs, & pour la plus grand part inutiles. C'estoit là la premiere croix. Puis apres durant ce temps là on l'appasteloit, par maniere de dire, des noms des choses sans les choses mesmes, c'est à dire, on ne luy monstroit, ni les choses qu'il faloit exprimer par ces mots là, (afin que l'impression en fust & plus aisée & plus ferme & s'en fist avec une utilité plus evidente:) ni la liaison des mots qui est propre à chasque langue; l'un & l'autre avec un erreur manifeste.*

*Car puis que les mots sont signes des choses, si on ne connoit pas les choses, que signifieront ils? Qu'un enfant me sçache reciter*

cabula recitare, si rebus applicare non novit, quem apparatus iste usum habiturus est? è solis etiam separatis vocabulis orationem exsurgere posse qui sperat, idem speret arenam in manipulos colligari posse, aut è cæmento murum erigi absque calce. E vocabulariis igitur, & Dictionariis Latinæ linguæ studium nimis est impeditum.

Sed mederi animadversis incommodis putantur authores boni, magnorum consilio virorum in Scholas introducti; Terentius, Plautus, Cicero, Virgilius, Horatius, &c. tum quia cum linguæ cognitione, variarum simul rerum notitia inde acquiri; tum quia castissima Romani sermonis puritas ex antiquis illis scriptoribus, tanquam ex vero fonte, securissimè hauriri possit.

At verò institutum hoc ut plausibile, ita maximè incommodum est.

Primò enim tot Authores, quot requiruntur, comparare, non cu-

*un milion de mots, s'il ne les sçait pas appliquer aux choses, à que luy servira tout ce grand appareil? Cestuy-la aussi qui espere qu'avec des mots separez on pourra former un discours, peut de mesmes esperer qu'on pourra lier le sablon en faisceaux, ou qu'on pourra dresser un mur de blocaille sans chaux. C'est doncques une chose fort difficile que d'apprendre la langue Latine par vocabulaires ou Dictionaires.*

*Mais on croid que les bons autheurs, qui ont esté introduits aux Escoles par le conseil de grands personnages, comme Terence, Plaute, Ciceron, Virgile, Horace &c. remedient à ces incommodités que nous avons remarquées, tant pource qu'avec la connoissance de la langue on en peut acquerir ensemble la connoissance de diverses choses, que pource qu'on peut puiser de ces Anciens escrivains avec toute seureté, comme de sa vraye source, la plus grande pureté de la langue Latine.*

*Mais comme ce dessein est fort plausible, aussi est il grandement incommode.*

*Car en premier lieu les moyens ne permettent pas à chacun d'acheter tant de livres qu'il se-*

jusvis fortuna permittit. Deinde ad horum Autorum (plerumque subliniora, quàm pro pueritiæ captu, & à nostro usu aliena tractantium) tam vasta volumina juventutem adigere, est cymbam exiguo ludere cupientem lacu, in Oceanum vastum vel æternis jactandam erroribus, vel absorbendam fluctibus, vel certè sine ullo fructu reddendam littori, propellere. Ad hæc si maximè quis omnes istos perreptet, reperiet tamen, se finem suum (sufficientem videlicet linguæ cognitionem) non assequutum: quia Authores illi materias omnes non tractârunt: &, si tractâssent omnes illorum temporum, nostras tamen nec tractare nec nôsse poterant: ut necessariò tandem alii plures, antiqui & recentiores (rei nimirùm Herbariæ, Metallicæ, Rusticæ, Militaris, Architectonicæ &c. scriptores, quos in sui Nomenclatoris præfatione recenset Frischlinus) adjungendi, legendi, & relegendi forent;

*roit bien requis. Puis apres de vouloir pousser la jeunesse à tant de vastes & amples volumes de ces autheurs, qui la plus part du temps traitent de choses qui surpassent la capacité des enfans, & sont esloignées de nostre usage, c'est vouloir pousser dans le vaste Ocean une petite nasselle, qui ne demanderoit autre chose que de jouër dans quelque petit lac, pour la faire esgarer à jamais, ou perdre dans les flots, ou revenir au port sans aucun fruict. Outre que posé le cas que quelcun parcourut tous ces auteurs, si est-ce qu'il trouvera tousiours qu'il n'est point venu à bout de la fin qu'il s'estoit proposée, (assavoir d'acquerir une suffisante connoissance de la langue) d'autant qu'ils n'ont pas traitté de toutes les matieres, & quand bien ils auroyent traitté de toutes celles-là de leur temps ils ne pourroyent toutesfois avoir traitté, ni cognu les nostres, de sorte qu'il en faudroit finalement adjouster, lire & relire plusieurs autres anciens & nouveaux, assavoir ceux qui ont escrit des Herbes, des Metaux, de l'Agriculture, de l'Architecture, & autres choses, dont Frischlin fait mention en la preface de son Nomenclateur: mais certes il n'y auroit jamais de fin à accu-*

quibus

quibus certè cumulandis non facilè reperiretur finis. Denique si quis linguæ discendæ gratiâ tot transmittat annos, ecquando ad realia veniet? Quando sanioris Philosophiæ cognitione imbuet animum? Quando in Sacrosanctæ Theologiæ adyta intrabit? vel Medicorum arcana perquiret? vel Iurisconsultorum volumina evolvet? Quando ad finem studiorum perveniet? &, quod majus, quando tam anxiè quæsitæ eruditionis praxin in Ecclesiæ & Reipublicæ bonum exercebit? Certè vel (propter hujus vitæ brevitatem) nunquam, vel serò admodùm: sentiétque, vitam præparationibus vitæ consumptam esse.

*muler tant de livres. Et puis si quelqu'un employe tant d'années à apprendre une langue, quand est-ce qu'il viendra aux choses? quand remplira-il son esprit de la connoissance de la plus saine Philosophie? quand entrera il dans les sanctuaires de la Theologie? ou rechercher les secrets des medecins? ou fueilletera-il les livres des Iurisconsultes? quand parviendra-il à la fin de ses estudes? Et ce qui est plus que tout cela, quand est-ce qu'il mettra en pratique pour le bien de l'Eglise & de la Republique l'erudition qu'il aura recherchée avec tant de soin? Certes, à cause de la briefueté de ceste vie, ou jamais, ou fort tard, & il reconnoistra qu'il a passé & consumé sa vie és preparatifs à la vie.*

Omnium itaque votis optandum erat, epitomen aliquam linguæ totius ita construi, ut omnes quotquot habet voces & phrases inunum redactæ corpus, brevi temporis spatio, laboréque exiguô per ceptæ, facilem, jucundum, tutum, ad reales authores transitum præstent. Verè enim D. Isaacus Habrecht

*C'est donc esté une chose grandement à desirer qu'on eust dressé quelque epitome de toute la langue, en telle sorte que tous les mots & toutes les phrases quelle a, estans recueillies en un corps peussent estre apprises en fort peu de temps, & sans beaucoup de travail, & donner un passage facile, plaisant & asseuré aux escrivains qui traittent des choses. Car ce que le sieur Isaac Ha-*

ſcripſit: (ſed quod minùs prudenter quidam ad Dictionaria trahit:) Quemadmodum multò facilius eſſet viſu dignoſcere omnia animalia, viſitando arcam Noë, continenrem ex omni genere bina ſelecta, quàm peragrando totum terrarum orbem, donec caſu in aliquod animal quis incidiſſet: eâdem prorſus ratione, multò faciliùs omnia vocabula addiſcentur, ex epitome linguæ, in quâ fundamenta omnium continentur, quàm audiendo, loquendo, legendo, donec caſu in tot vocabula quis incidat.

Animadvertit id, paucis ab hinc annis, è Ieſuitis non nemo, qui uno faſce complexus linguam Latinam totam, vulgavit, (ſub titulo Collegii Hibernici Salamancæ Hiſpaniarum) IANVAM LINGVARVM Latinè & Hiſpanicè: ubi ſententiarum duodecim centuriis, comprehenſa ſunt omnia uſitatiora Latinæ linguæ Vocabula, eòque modo diſloca ta, ut nullum eorum) exceptis particulis, *Sum, Ex,*

*brecht a eſcrit eſt veritable; (quoy que quelques uns le rapportent mal à propos aux Dictionaires) que comme il ſeroit beaucoup plus aiſé de recognoiſtre tous les animaux en viſitant l'arche de Noé, qui en contenoit une paire choiſie de chaſque ſorte, que non pas en tournoyant par tout le monde, juſques à ce que par cas fortuit on en rencontraſt quelcun: de meſmes, on pourroit beaucoup plus aiſément apprendre tous les mots d'un abbregé de la langue, où tous les fondements ſeroyent contenus, que non pas en eſcoutant, parlant, liſant, juſques à ce que par hazard on vienne à rencontrer tant des mots.*

*C'eſt ce qu'a remarqué dés quelques années en çà un certain Ieſuite, qui a donné au public, ſous le nom du College Irlandois, à Salamanque en Eſpagne, un abbregé de toute la langue Latine, recueillie en un faiſceau en Latin & en Eſpagnol, & l'a appellé,* la Porte des Langues, *là où tous les mots les plus uſitez de la langue Latine ſont compris en douze Centuries de ſentences, & tellement diſpoſez que pas un (hormis les particules,* Sum, Ex, In *&c.) eſtant mis à une fois ne ſe rencontre plus, & un cha-*

*In*, &c.) semel positum recurrat, unumquodque tamen in debitâ cõstructione & phrasi decorâ, audiatur.

Hæc inventio quamprimùm Anglis visa fuit, approbata, commendata, & loquelâ Anglicanâ aucta, atque anno 1615. typis vulgata fuit. Quam biennio post D. Isaacus Habrecht Argentinensis Germanus, Gallicæ linguæ adjectione auxit, & ibidem quadrilinguem edidit: in Germaniamque reversus, Germanicam quoque adjunxit versionem, mirè eam linguas docendi & discendi rationem commendans. Compendiosissimam enim, certissimam, utilissimam, & nunquam satis laudatam appellat. Cujus rei suffragatores facilè reperit multos. Nam typis variis Germaniæ locis edita est, & distracta avidè, & in Scholas quasdam non incelebres introducta, & anno 1629. octolinguis luci exposita.

Hæc tùm ad meas quoque venisset manus, avidè & ingenti cum volu-

*cun toutesfois s'y trouve en sa vraye construction & en une phrase seante & convenable.*

*Aussi tost que les Anglois eurent veu cette invention, ils l'approuverent, la recommanderent & l'augmenterent de la langue Angloise, & l'imprimerent l'an* 1615. *Deux ans apres le sieur* (Il se trompe, le traducteur estoit Parisien, & se nommoit I. Barbier, comme on peut voir de l'Edition de Londres) *Isaac Habrecht Allemand de Strasbourg l'augmenta, en y adjoustant la langue Françoise, & à mesmes la publia en quatre langues: depuis estant de retour en Allemagne, il y adjousta aussi la version Allemande, recommandant grandement cette faço͂ d'enseigner & d'apprendre les langues. Car il l'appelle trescourte, tres-asseurée, tresutile & qui ne se sçauroit jamais assez louër. Et en celà il en a trouvé plusieurs qui ont esté de son advis. Car elle a esté imprimée en divers lieux d'Allemagne, & promptement venduë & receuë dans quelques Escoles celebres; finalement l'an* 1629. *elle fut mise en lumiere en* 8. *langues.*

*M'estant aussi tombée entre les mains, je l'ay leuë une fois ou deux de bout à autre avec avi-*

ptate, semel & iterum perlegi, impensè juventuti gratulans, quòd certiora indies imbecillitatis subsidia divinô munere concedantur. Verùm paulò post, attentiùs eam cum scopo suo conferens, dubitare cœpi, num præstaret, quod promittit; tertiatáque accuratiore cum judicio lectione deprehendi, jure titulum tueri non posse. Quod verè, & absque invidiâ dici, inde palàm faciam, quòd Ianuæ non præstet usum.

*dité & grand plaisir, me resioüissant grandement de ce que la jeunesse avoit de jour à autre, par la grace de Dieu, des aides plus asseurées de sa foiblesse & infirmité. Mais peu apres, l'ayant conferée plus attentivement avec son but, j'ay commencé à douter, si elle pouvoit faire ce qu'elle promettoit, & l'ayant leuë pour la troisiesme fois avec plus d'attention & de jugement, j'ay recognu qu'elle ne pouvoit pas maintenir son titre à bon droict. Ce que je monstreray estre dit veritablement & sans envie, pource qu'elle ne rend pas le service que doit rendre une Porte.*

IANVA enim domus, annon foris adventantes intromittit? Ita sanè. Hæc autem patrum Hibernorum Ianua tyronibus in Latinitatem aliundè intro ducendis, aut parum, aut nihil confert. Triplici id evincitur ratione.

*Car la porte d'une maison ne reçoit-elle pas dedans ceux qui viennent de dehors? Ouy certes. Or cette porte des peres Irlandois ne sert rien, ou fort peu aux apprentifs qu'il faut introduire d'ailleurs en la Latinité, Ce que je feray voir par trois raisons.*

Primò etenim nonnulla vocum pars, quas quotidianus requirit usus, hîc desideratur: econtrà insolentia multa, tyronum captum & usum excedentia deprehenduntur. Quam ob causam rectè nonnulli judicant,

*Premierement il y manque une partie des mots que l'usage quotidien requiert, au contraire il y a plusieurs mots inusités & qui surpassent la capacité & l'usage des apprentifs. C'est pourquoy quelques uns jugent bien à propos que ceste Porte Iesuitique apprentifs des langues, que pour*

Iesuiticam hanc Ianuam non tam ad instituendos linguarum tyrones, quàm ad explorandos aliquousque progressorum, inprimis autem sciolorum, in Latinâ linguâ profectus, adhiberi posse. Isthâc verò ratione non Ianuæ, sed Postici, obtineat nomen.

Alterum desidero, quod cùm singulæ voces non nisi semel ponantur, etiam polysemæ, & homonymæ (quarum Latina lingua bene multum habet, ut & idiomata cætera) non nisi semel: quomodo igitur ab hâc linguarum Ianuâ in Authorum lectionem mittetur (is enim Ianuæ scopus) Latinitatis tyro, qui tot vocum alias atque alias significationes ignorabit?

Et verò, (quod tertiò, & quidem potissimùm, desidero) posuisset saltem unamquamque vocem in principali, id est, primô, simplici, nativóque suô significatu! reliqua inde sagax ingenium odoraretur facilius. Factum autem id non est. Pleræque voces translatè usurpantur, Meta-

*esprouver l'avancement en la langue Latine, ou de ceux qui ont desia profité en quelque sorte, ou mesmes de quelques petits suffisants qui croyent en sçavoir beaucoup. Et en ceste façon elle merite plustost le nom de Poterne & d'huis de derriere que de Porte.*

*I'y trouve encores un autre defaut, c'est que chasque mot n'estant mis qu'une fois, les mots ambigus & qui ont plusieurs significations (dont toutesfois la langue Latine abonde, comme toutes les autres langues) ne s'y trouvent aussi qu'une fois. Comme doncques envoyera-on l'apprentif de la langue Latine dés cette Porte icy dans la lecture des auteurs (car c'est là le but de cette Porte) ignorants les diverses significations de tant des mots?*

*Mais en troisiesme lieu, & où je trouve le plus à redire, si elle avoit mis au moins chaque mot en sa principale, c'est à dire premiere, simple & naïve signification, un bon esprit auroit peu de là deviner plus aisément les autres. Mais cela n'a pas esté fait. La plus part des mots sont pris metaphoriquement, metonymiquement, ou synecdochiquement,*

phori-

phoricè, Metonymicè, aut Synecdochicè: utpote cùm sententiarum elegantiam ubique ferè captârit Autor. Tacebo multarum sententiarum informitatem, quæ neque moribus, neque constructioni ullum præbent usum; imò sensum nullum habent, ut ipsa verba, quomodo inter se convenerint, mirari queant. Exempli gratiâ: 360. *Artifici compedes impinguntur suæ.* 623. *Vadem in ergastulo clàm confectum comperi.* 733. *Occasus dominii attigit limen.* 953. *Has dictionum telas posthumus nevit*, &c.

*pource que l'autheur a presque par tout eu esgard à l'elegance des sentences. Ie ne parleray pas de l'absurdité de plusieurs sentences, qui ne servent de rien ni aux mœurs ni à la construction, mesmes qui n'ont aucun sens, de sorte que les mots mesmes se pourroyent esbahir comme c'est qu'ils se sont rencontrés ensemble. Par exemple :* 300. Les ceps sont attachés aux pieds de l'artisan qui les a faits. 623. Ie trouvay mon respondant tué secrettement en prison. 733. La ruine de la Seigneurie toucha le sueil. 953. Le fils né depuis le decés de son pere a tissu cette trame de paroles, &c.

Sed quia Patres isti tale hoc totius linguæ compendium primi tentârunt, quod inventum est gratè agnoscimus, quod erratum condonamus benignè. Et quia inventis addere, & unius inventi occasione invenire aliud, non æquè difficile, quidni aliud plus ultrà moliamur?

*Mais d'autant que ces Peres ont les premiers essayé de trouver un tel abbregé de toute la langue Latine, nous reconnoissons leur invention & leur en sçavons bon gré, leur pardonnans benignement ce en quoy ils ont failli. Et d'autant que c'est chose bien aisée d'adjouster aux inventions d'autruy, & à l'occasion d'une invention d'en inventer une autre, pourquoy n'essayerons nous de faire quelque chose de plus?*

Suaserunt id certè doctissimi quidam, & de

*Certes des personnages doctes, & qui ont grandement merité*

Scho-

Scholis perquàm meriti viri, ut, ſi quibus fortè plus otii ſuppeteret, aliquid accuratius effingendi non detrectarent laborem. Sed admoviſſe aliquem manum nondum conſtat.

Quô factum, ut ego è poſtremis licèt minimus, experiri, & quod ibi deſiderabam, ſuppletum ire, animum induxerim: non certè ullâ ingenii, aut eruditionis (cujus mihi umbram vix eſſe & ultrò agnoſco & deploro) fiduciâ, nec quod nimis otio abundarem, ſed unico Iuventutis commoda promovendi deſiderio permotus. Quid autem hic vel præſtiterim, vel præſtare voluerim, ſilentio prætereundum non eſt, ſed ut tironum informationi, ita eruditorum cenſuræ exponendum.

1. Principiò, quia mihi inter immotas Didacticæ leges hæc eſt, ut intellectus & lingua parallelæ decurrant ſemper, & quantum quis rerum apprehendit, tantum eloqui conſueſcat, (nam qui intelligit, quod exprimere nequit, à mutâ ſtatuâ quid

*des eſcoles l'ont bien conſeillé, que ſi quelcun avoit plus de loiſir pour faire quelque choſe de plus exact, il ne craigniſt point d'y mettre la main, mais je ne ſçache pas que perſonne y ait touché juſques à preſent.*

*C'eſt pourquoy encore que je ſois des plus petits, je me ſuis deliberé de l'eſſayer & de ſuppléer au manquement & defaut que j'y ay reconnu, non pas me confiant ſur mon eſprit, ou ſur mon erudition (de laquelle à grand peine reconnoy-je l'ombre en moy & en ſuis grandement deſplaiſant) ni que j'aye trop de loiſir, mais pouſſé du ſeul deſir de procurer l'avancement de la jeuneſſe. Or il ne faut pas paſſer ſous ſilence ce que j'ay fait icy ou ce que j'ay voulu faire, mais il le faut expoſer auſſi bien à la cenſure des hommes doctes & ſçavans, comme pour l'information & addreſſe de la jeuneſſe.*

*1. Premierement pource que je tien pour loy ferme & immuablement de la vraye façon d'enſeigner, que le ſens & la langue ſe doivent touſiours accompagner, & que chacun ſe doit accouſtumer d'exprimer de paroles autant de choſes ſeulement comme il en comprend (car celuy qui entend, ce qu'il ne ſçauroit exprimer, ne*

differt? dare autem fine mente sonos, psittacorum est) necessariò faciendum putavi, ut rerum ipsa universitas, per classes certas ad pueritiæ captum digereretur, eóque modô id, quod sermone exprimendum est, (res ipsæ) imaginativæ parti primùm imprimeretur. Factum itaque est, & enati sunt mihi centum communissimi rerum tituli.

*differe en rien d'une statue muette: & celuy qui parle sans entendre, caquette comme un Perroquet en cage) j'ay creu qu'il faloit de necessité disposer & distribuer l'universite des choses par certaines classes selon la capacité des enfans, & que par ce moyen là ce qu'il faut exprimer par paroles (assavoir les choses) fust premierement imprimé en l'imagination. De là s'est fait que j'ay dressé cent titres communs des choses.*

2. Proxima inde cura fuit, evolvendo Lexica, usitatiora seligere, & ad exprimendas res, quibus significandis vel primùm inventa, vel post adhibita fuerunt, ita dirigere, ut nihil necessarium omitteretur, nihil nisi suo loco quærendum relinqueretur. Redacta igitur sunt circitèr 8000 vocabula in periodos mille, quas primùm breviores, & non nisi unimembres, pòst longiores, & plurimembres formavi.

2. *Le second soin que j'ay eu puis apres a esté de feuilleter les dictionaires, & triant les mots les plus usités les arranger de telle sorte pour exprimer les choses pour lesquelles signifier ils ont esté premierement inventés, ou puis apres employés, que rien de necessaire ne fust omis, rien ne fust laissé qu'on ne peust trouver en son lieu. J'ay doncques reduit environ huict mille mots en mille periodes, que j'ay fait au commencement plus breves, & n'ayans qu'un membre, mais puis apres plus longues & de plusieurs membres.*

Quia verò Ciceronis testimonio didicimus, multum referre, pueros à primis statim annis ad proprietatem vocabulorum

3. *Mais d'autant que nous avons appris par le tesmoignage de Ciceron: qu'il importe beaucoup d'accoustumer les enfans aussi tost dés leur premiere enfance à la adue-*

aduefieri: propria autem vocabula sint, (ut Augustinus libr. 2. de Doctr. Christ. cap. 10. inquit) cùm his ipsis rebus significandis adhibentur, propter quas inventa sunt: anxiè prorsùs in id elaboratum est, ut pro primo puerorum conceptu, omnes voces propriô, & nativô suô significatu exstarent, exceptis paucis, quæ vel proprium amisisse usum deprehenduntur, vel propria Latina, quibus vernacula exprimerentur (ad hanc enim respectus fuit perpetuus) deerant.

*proprieté des mots & que les mots propres sont (comme dit S. Augustin au 2. livre de la Doctr. Chrest. chap. 10.) quand on les employe à signifier les choses pour lesquelles ils ont esté inventés, j'ay travaillé soigneusement à cela, que tous les mots se trouvassent en leur propre & naturelle signification pour la premiere portée des enfans, fort peu exceptés qu'on trouvera ou avoir perdu leur propre usage, ou desquels on s'est servi, pource qu'il n'y avoit pas des mots Latins propres à exprimer ceux de la langue vulgaire, à laquelle nous avons tousiours eu esgard.*

His positis metis, juxtà & Hibernorum sequutus Ianuam, non nisi semel quamlibet posui vocem, homonymis exceptis, quorum si diversa significatio exprimenda fuit, diversis locis (in diversâ nempè materie) omninò repetenda fuerunt. De connexivis particulis, *Et, Sed, Quia, Omnes* &c. nemo spero litem movebit.

4. *Nous estant prefigé ces bornes, nous n'avons jamais mis un mot qu'une fois à la façon des Irlandois, excepté les ambigus, qu'il a falu necessairement repeter en divers lieux & en diverses matieres, pour exprimer des significations diverses quand aux particules conjonctives,* Et, sed, quia, omnis &c. *j'estime que personne ne nous en querellera.*

Synonyma, & contraria, plerumque juxta invicem posui, atque ita coordinavi, ut alterum alterius

*Le plus souvent j'ay mis les synonymes & les contraires proches les uns des autres, & les ay tellement disposés que l'un descou-*

genui-

genuinum recludat sensum. Eorum tamen Synonymorum, quæ eandem prorsus rem significant, nec vernaculè nisi unâ voce redduntur, alterum parenthesi inclusum apposui: ut periodo 38. Sirius (*canicula*) 40. Luciferum (*Phosphorum*) 136. Helenium (*Inula*) 581. Sapone (*smegmate*) &c.

*vre le sens naturel de l'autre. Toutesfois quant aux Synonymes qui signifient tout à fait une mesme chose, & qui ne se peuvent rendre qu'en un mot dans la langue vulgaire, j'en ay tousiours enfermé l'un en parenthese: comme en la periode* 38. Sirius, canicula, *les jours Caniculaires.* 40. Luciferum, (Phosphorum) *l'estoile du matin.* 136. Helenium, (Inula,) *de l'Aulne*, 581. Sapone, (smegmate) *&c. du savon.*

5. Et ut Grammatica quoque subsidium haberet, ita vocum connexionem institui, ut non solùm syntactica constructio, sicubi à vernaculâ recedit, sed & Etymologicum aliquod accidens, (Genus, Declinatio, Conjugatio &c.) innueretur. Exempli gratia: E periodo 169. (*Haleces salitas nobis afferunt*) facilè puer Halecem Gen. Fæminini esse meminerit. E periodo 420. (*quis iis vescatur?*) Vesci non Accusativo, sed Ablativo jungi, observabit &c.

5. *Et afin que la Grammaire eust aussi ses aides, j'ay tellement conjoint les mots les uns avec les autres, que j'ay monstré non seulement la construction de la syntaxe, là où elle s'esloigne du langage maternel, mais aussi quelcun des accidens de l'Etymologie, comme le Genre, la Declinaison, la Conjugaison &c. par exemple, quand il est dit en la periode* 169. Haleces salitas nobis afferunt, *On nous apporte les harengs salés, un enfant se resouviendra aisément, que* halec *est du Genre Feminin: quand il est dit en la periode* 420. quis iis vescatur? *qui en voudroit manger? il remarquera que le mot* Vesci *ne se joint point avec l'Accusatif, mais avec l'Ablatif &c.*

6. Vernaculam Latinæ

6. *J'ay tellement accommodé*

ita

ita aptavi, ut non solùm utriusque omnia themata, cum potioribus derivatis, & compositis, nativô sensu, ex starent: sed & exsurgentes indè tropi postmodùm, veluti face adhibitâ, ultrò queant intelligi.

*la langue vulgaire à la Latine, que non seulement on y peust trouver tous les themes de l'une & de l'autre langue, avec les principaux derivés & composés en leur naifve signification, mais aussi que les figures de Rhetorique qui s'en tirent puis apres peussent estre entẽdues d'elles mesmes, comme si on les avoit descouvertes avec un flambeau, &c.*

7. Indeculam vocum, ut patres Hiberni fecerunt, non adjunximus, (quamvis ad manum sit) quia non adeò interesse putamus: si usus poscet, fiet. Aliud nempè nos, grandioris operæ, & majoris usus, molimur, LEXICON ETYMOLOGICUM: quod appellationum, omnium rationes reddat, tùm origines ipsorum thematum (sive ex Latinis, sive è Græcis Hebræisque fontibus) detegendo, tùm derivatorum seriem novâ, succinctâ, facili ratione, ob oculos pandendo.

*Nous n'avons point adjousté un Indice des mots comme les peres Irlandois ont fait., combien que nous en ayons un tout prest, d'autant que nous estimons qu'il n'importe pas beaucoup: s'il en est de besoin, on le fera. Car nous avons entrepris une autre œuvre plus grande & de plus grand usage, assavoir* un Dictionaire Etymologique, *qui rende les raisons des noms de toutes choses, en partie en descouvrant l'origine des themes, soit qu'ils soyent derivés de la langue Latine, soit de la Grecque ou de l'Ebraïque; en partie en mettant devant les yeux, tous les derivés par ordre d'une façon nouvelle, courte & aisée.*

Addituri quoque Phraseologiam brevem, & accuratam: tractatum item de Homonymis, Paronymis, & Synonymis utilissimum:

*Nous adjousterons aussi une breve & exacte phraseologie: Item un traitté tres-utile des Homonymes, Paronymes & Synonymes; & finalement une*

ſimum : & denique Grammaticam, ad compendiosam facilitatem, celerémque praxin, ex veris naturalis Didacticæ legibus concinnatam : adeòque Didacticæ ipſius pro docentibus, & diſcentibus ſynopſin. Quæ omnia uno comprehenſa volumine, parvum Theſaurum primæ Scholaſticæ eruditionis repræſentare poſſint.

Habituri itaque videmur IANUAM LINGUARUM ſolidis ( rerum ipſarum ) poſtibus bene firmatam, volubilibus ( Lexici ) cardinibus expeditè apertilem, præſentaneâ ( Grammaticæ ) clave promptè reſerabilem; tam diu, inquam, habituri, quamdiu non ab excellentioribus ingeniis conſummatius aliquid ſubminiſtratum fuerit. De quo ut nihil dubitem, faciunt non tam Glaumii, & Glaumianorum magnifica illa, orbi nota, promiſſa (de quibus re ipsâ nihil dum conſtat) quàm fervidus ille multorum in eruendis Didacticæ fundamentis ardor & æmulatio.

*Grammaire dreſſée ſelon les loix de la Didactique naturelle, pour abreger & faciliter la practique, avec une ſynopſe de la vraye façon d'enſeigner, tant pour ceux qui enſeignent, que pour ceux qui apprennent. Ce qui eſtant tout compris en un Volume peut repreſenter un petit Threſor de la premiere erudition ſcholaſtique.*

*Parquoy il ſemble que nous aurons une Porte des langues bien atttachée aux ſolides poſteaux des choſes meſmes, aiſée & promte à ouvrir par la legereté & facilité des gons d'un Dictionaire, & par la clef toute preſte d'une Grammaire, nous l'aurons di-je auſſi long temps qu'il ne nous ſera donné rien de mieux limé & de plus parfait par des eſprits plus excellents. De quoy ne me laiſſent pas douter non tant les magnifiques promeſſes de Glaumius & de ceux qui le ſuivent, qui ſont cognues à tout le monde ( quoy qu'on n'en ait veu encores aucun effect ) que l'ardent deſir & emulation que pluſieurs monſtrent à deſcouvrir les vrais fondements de la maniere de bien enſeigner. Voire je reconnois desja moy meſmes*

Quin-

Quinimò ipſe jam exquiſitiora his video : quia tamen in eis concinnandis totum propè triennium (quis facilè credat, tantillam opellam tanti conſtitiſſe?) conſumptum eſt, nec demoliendis funditùs & conſtruendis ab integro otium ſuppetit, eâ quâ jam adornata ſunt facie, luci exponere placuit : ſi non aliâ ſpe, certè ut aliquis uberiore ingeniô, & doctrina inſtructus, vel ab his noſtris etiam acceptô ſtímulô plus aliquid audeat. Novum itaque iterum tentâſſe vadum, novam fregiſſe glaciem, ſatis eſto.

Viſum autem eſt, SEMINARII etiam inſignire nomine oppellam hanc, quia rerum & ſermonis, par hic cura, illudque enixè quæſitum, ut & confuſum rerum Chaos diſtinctionis aliquam lucem, in ſapientiæ tyronum oculis, nanciſcatur, & vocum, phraſiumque infinitæ congeriei certæ ſubſternantur radices, eóque modo primi & fundamentales totius Eruditionis, Morum & Pietatis formentur conceptus.

*des choſes meilleures que cecy, mais pource que j'y ay employé preſques trois ans entiers (qui eſt ce qui pourroit croire qu'un ſi petit labeur m'ait tant couſté?) & que je n'ay pas le loiſir de le demolir dés le fondement & le re-baſtir de nouveau, il m'a ſemblé bon de le mettre à preſent en lumiere en la façon qu'il ſe trouve; ſinon ſous autre eſperance, au moins afin que quelcun qui aura plus d'eſprit & de ſçavoir que moy, eſguillonné par mon exemple oſe entreprendre quelque choſe de plus. Quant à moy il me ſuffit d'avoir ſondé le gué & rompu la glace.*

*I'ay voulu auſſi donner le nom de* PEPINIERE *à cette petite œuvre, pource que j'y ay eu un ſoin eſgal des choſes & du langage, & ay taché de tout mon pouvoir que le confus meſlange des choſes receuſt quelque lumiere de diſtinction aux yeux de ceux qui vont à l'eſcole de la ſageſſe, & qu'on miſt des racines certaines & aſſeurées ſous l'amas infini des mots & des façons de parler, & que par ce moyen fuſſent formées les premieres & fondamentales conceptions de toute l'Erudition, des Mœurs & de la Pieté.*

Hic inquam, ſcopus fuit: quem attigiſſe tantum abeſt ut glorier, ut primus etiam defectus agnoſcam & confitear. Veniæ autem apud cordatos ſpem facit Horatius, Opere in magno, (etiam parvo minutiarum pleno) fas eſſe obrepere ſomnum, autumans. Et verò, quid unquam ſimul effloruit, & maturuit? Quâ de causâ Typographos rogatos & monitos volo, ne ſi cui recudere libellum allubeſcat, id authore inconſulto præſumat: futurum enim ſpero, ut limatius reddatur propediem opuſculum, adjunctiſque illis, quæ innui, nitidius prodeat.

Interim verò utinam aliquis eximiè doctus, Latinæqué linguæ potens, exorari queat, ut hac eâdem, vel ſimili methodo, eaſdem materias plenius pertractare, claſſicorumque authorum phraſibus non jam ampliùs propriè ſolum, ſed eleganter inſuper & nervosè omnia elo qui, docere velit! Ita fieret, ut amœniſſimum V-

*C'a di-je eſté là mon but, lequel tant s'en faut que je me glorifie d'avoir atteint, qu'au contraire j'en reconnoy le premier les defauts & les confeſſe. Mais Horace, qui eſtime qu'on peut bien s'endormir en une grande œuvre (meſme en une petite pleine de minuties) me fait eſperer que les honneſtes gens me pardonneront. Et de fait qu'eſt-ce qui a jamais porté des fleurs & des fruits meurs en meſme temps? C'eſt pourquoy je voudroy prier & advertir les Imprimeurs, que ſi quelcun vouloit rimprimer ce livret, il ne le fiſt pas ſans prendre advis de l'autheur: Car j'eſpere que dans peu de jours il ſera mieux limé, & ſera mis en lumiere avec ces additions-là dont j'ay parlé.*

*Cependant il ſeroit à deſirer que quelque homme grandement docte, & qui euſt la langue Latine à commendement, traitaſt plus amplement les meſmes matieres avec une meſme ou ſemblable methode, & les exprimaſt toutes par les façons de parler des auteurs claſſiques, non ſeulement pour les pouvoir exprimer proprement, mais auſſi elegamment & avec de la force & vigueur. Par ce moyen là il arriveroit, que*

niver-

niversitatis rerum, puræquè Latinitatis viridarium; collectumque preciosissimæ scholasticæ eruditionis Thesaurum, juventus studiosa haberet. Faxit DEUS, ut omnes audeamus aliquid publici boni Zelô! Scribebam in exilio, 4. Martii, Anno 1631.

*Io. A. Comenius.*

*la jeunesse qui estudie auroit un tres-plaisant verger de l'Vniversité des choses & de la pure Latinité, & un Thresor de la plus precieuse erudition scolastique recuilli & ramassé en un, Dieu vueille que portés d'affection au bien public nous entreprenions tous quelque chose de tel. Escrit en mon exil, ce 4. Mars* 1631.

IANVA

# IANVA LINGVARVM RESERATA.

**I. *Introitus.***

1. SALVE, *Lector amice.*

2. *Si rogas, quid ſit eruditum eſſe, reſponſum habe:*

Noſſe rerum differentias, & poſſe unumquodque ſuo inſignire nomine.

3. *Nihilne præterea? Nihil certè quidquam.*

4. *Totius enim Eruditionis ac literaturæ fundamenta poſuit, qui Nomenclaturam naturæ & artis perdidicit.*

5. *Sed id difficile forſan?*

6. *Eſt, ſi invitus feceris, aut prævenienie imaginatione* (præconcepta opinatione) *teipſum terrueris,*

# Η ΤΩΝ ΓΛΩΤΤΩΝ θύρα ἀνεῳγμένη.

**I. Εἴσοδος.**

1. ΧΑῖρε ὦ φίλε ἀναγνῶστα.

2. Πυθόμενος, τί τὸ λόγιον (πεπαιδευμένον) εἶναι, ταυτηνὶ τὴν ἀπόκρισιν λάβε.

Τὰς τῶν ἁπάντων διαφορὰς εἰδέναι, οἷόν τ' εἶναι, ἕκαστον ὀνόματι ἐκφράζειν.

3. Οὐδὲν δὲ παρὰ τοῦτο; (περιττὸν τούτοις) μηδὲν ἀτεχνῶς.

4. Ὁ γάρ τοι μαθὼν τὴν τῆς φύσεώς τε καὶ τῆς τέχνης ὀνοματοθεσίαν, ἁπάσης παιδείας κρηπῖδα καλῶς ὑπέθηκε.

5. Τοῦτο δὲ τάχα που δυσχερές; (δύσκολον.)

6. Ναὶ, ἀκουσίως τούτῳ τῷ ἐπιτηδεύματι ἐπιχειροῦντι, καί γέ τοι φανταστικῇ προλήψει ἑαυτὸν ἐκπλήσσοντι.

# LA PORTE DES LANGVES ouverte.

**I. *L'Entrée.***

1. DIEV te gard ami Lecteur.

2. *Si* tu demandes que c'eſt qu'eſtre ſçavant, ayés pour reſponſe, que c'eſt:

*Connoiſtre les differences des choſes, & pouvoir nommer chaque choſe par ſon nom.*

3. N'eſt-ce rien davantage? Certes rien du tout.

4. Car cettui-la a poſé les fondemens de tout ſçavoir, *(ſcience, erudition)* & connoiſſance des lettres, qui a bien appris les noms des choſes naturelles & artificielles.

5. Mais peut eſtre *(par aventure)* que cela eſt difficile, *(mal aiſé?)*

6. Ouy, ſi tu le fais envis *(à regret,)* ou ſi tu t'eſpouvantes toy meſme par quelque imagination preconceüe, *(Si tu es preoccupé de quelque autre opinion.)*

| | | |
|---|---|---|
| 7. *Tandem, si quid asperitatis erit, initio erit.* | 7. Τέλος, ἅπαν ἐν ἀρχῇ δυσμεταχείριστον. | 7. Finalement, (*en fin*) s'il y a quelque difficulté, ce ne sera qu'au commencement. |
| 8. *Annon & literarum characteres* (ductus) *pueris primo intuitu mira monstra videntur?* | 8. Ἆρα μὴ (οὐχὶ) οἱ τῶν γραμμάτων χαρακτῆρες τοῖς παιδαρίοις τὸ πρῶτον αὐτοὺς θεωροῦσι, θαυμάσια τέρατα φαίνονται; | 8. Les figures (*traits*) des lettres, ne semblent elles pas aux enfans de premier abord (*à la premiere veüe*) de merveilleux monstres? |
| 9. *Ast ubi paululum impēderint operæ, ludum, & jocum esse, animadvertunt.* | 9. Ὀλίγον δὲ περὶ τούτων σπουδάσασι παιδιά τις δοκεῖ. | 9. Mais aprés qu'ils y ont employé un peu de peine, ils reconnoissent (*apperçoivent*) que ce n'est que jeu & esbat, (*passe-temps.*) |
| 10. *Idem in omni re evenit, ut aspectu exteriore operosa appareat.* | 10. Θαμὰ συμβαίνει, ἐργαλέον τι κατὰ τὰ ἔξω σκοπούμενον, φαίνεσθαι. | 10. Il en arrive de mesme en toutes choses, qu'à les regarder exterieurement, (*par dehors*) elles apparoissent laborieuses, (*penibles.*) |
| 11. *At si aggredi pergas, nihil est, quod non cedat, & se subdat ingenio:* | 11. Τῇ δ' εὐφυΐᾳ τοῦ εἰς βυσσὸν σπουδῇ ἐξικέσθαι πειρωμένου, οὐδὲν ἀνέφικτον ἔσται. | 11. Mais si tu te mets à les entreprendre, il n'y a rien qui ne cede & ne se sousmette à l'esprit, (*entendement.*) |
| 12. *Qui cupit, capit omnia.* | 12. Ὧν τις ἀντιποιεῖται, τούτων οὐ σπανιάκις ἐπικρατὴς καθίσταται. | 12. Celui qui desire, comprend tout. |
| 13. *Agedum itaque, quisquis es, sperare te jubeo, desperare veto.* | 13. Ἄγε μὲν οὖν, ὅσοι γε δὴ ἐστε, ἐλπίζειν ὑμᾶς κελεύω, ἀπελπίζειν δὲ ἀπαγορεύω. | 13. Or sus donc, qui que tu sois, je te commende (*t'exhorte*) de bien esperer, & te defen de desesperer |
| 14. *En, vide exi-* | 14 Ἰδού, βλέψον | 14. Voila regarde ce petit ouvrage. |

*guum*

*guum hoc opusculum.*

(θεῶ) ὢ ποῦ μικρὸν τοῦτο ἐγχειρίδιον.

15. *Heic tamen tibi* ( *absit verbo gloria* ) *universum mundum, Latinamque linguam*, *velut in Enchiridio* ( breviario ) *ostendam.*

15. Ἐν τούτῳ ὑπισχνοῦμαι, μηδεὶς τῆς περιαιρέσεώς τε καὶ ἐπαγγελίας μοι βασκαινέτω, ἅπαντα τὸν κόσμον, καὶ τὴν γλῶτταν ῥωμαϊκὴν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, ἀποδείξειν.

15. Toutesfois (ce qui soit dit sans vanité) je t y monstrerai comme en un abbregé, (*sommaire*) tout le monde, (*l'Univers*) & la langue Latine.

16. *Tenta quæso*; *evolve & edisce aliquot has pagellas.*

16. Πεῖρα, ἐξέλιττε, καὶ ἐκμάνθανε ὀλίγα ταῦτα σελίδια.

16. Essaye-le, je te prie; feuillette & appren par cœur ce peu de pages que voici.

17. *Facto hoc*, ( cum hoc feceris ) *oculatum ac perspicacem te ad omnia humanitatis studia re ipsâ comperies.*

17. Τοῦτο ἀπειργασμένου, τὴν σου ἀγχίνοιαν, καὶ τὴν πρὸς ἅπαντα τὰ μαθήματα δεξιότητα ἐπιφωράσεις.

17. Cela fait, (*quand tu l'auras fait*) tu trouveras par effect, que tu auras les yeux ouverts & seras clair-voyant en toutes estudes d'humanité.

## II. DE ORTU MUNDI ET Creatione primæva.

## II. ΠΕΡΙ ΤΗΣ Κτίσεως τοῦ κόσμου; (Κοσμοποιίας.)

## II. DE L'ORIGINE, (*naissance*) du monde, & de la premiere Creation.

18. *Deus ineffabili suâ omnipotentiâ creavit omnia ex nihilo.*

18. Ὁ θεὸς τῇ ἑαυτοῦ ἀῤῥήτῳ παντοκρατορείᾳ ἅπαντα ἐξ οὐδενὸς ἔκτισε.

18. Dieu par sa toutepuissance ineffabile a creé, (*fait*) toutes choses de rien.

19. *Principio enim expandit* (extendit) *vastissimã abyssum, hoc est, spatium, ubi cœlum & terra existunt.*

19. Ἐν ἀρχῇ γὰρ τὴν ἄβυσσον ἀχανῆ, τουτέστι τὸ πᾶν, τὸν οὐρανόν τε καὶ τὴν γῆν περιέχον ἐξεπέτασε.

19. Car au commencement il a estendu un tres-grãd abysme, c'est à dire, l'espace, (*la place, le lieu*) où le ciel, & la terre sont à present.

20. *Et replevit eam tenebricosâ quadam*

20. Καὶ ταύτην ζοφώδους ἀχλύος τε, καὶ

20. Et l'a rempli d'une certaine obscurité &

*& informi caligine.*

ἀμόρφου σκοτίας ἐπλήρωσε.

tenebreuse & sans forme.

21. *Ex qua, tanquam materia, formavit Creaturas corporeas, distinctas formis, & vestitas accidentibus variis, prout cujusq; ideam intra se conceperat.*

21. Ἐξ ἧς καθάπερ τινὸς ὕλης τὰς κτίσεις σωματικὰς διασχηματίζων ποικίλαις ἰδιότησι, κατὰ τὸ τῆς ἔσω ἰδέας ὁμοίωμα διεκόσμησε.

21. De laquelle comme d'une matiere, il a formé les creatures corporelles, distinguées par leurs formes, & revestues de divers accidens, selon qu'il avoit conceu l'idée (*le patron, l'exemplaire*) de chacune en soimesme.

22. *Implantavitque cuique naturam suam, id est, vim observandi assignatum locum, modum, genusq; suum.*

22. Ἑκάστῳ κτίσματι ἰδιοσυγκρασίαν τινὰ ἐμφυτεύων, οὗ τὸν τόπον ἴδιον, τρόπον, γένος τηρεῖν.

22. Et a planté (*empreint, engravé*) en chacune sa nature; c'est à dire, la force, (*vertu, faculté*) de garder (*retenir*) le lieu qui lui est assigné, sa maniere & son genre. (*espece.*)

## III. DE ELEMENTIS.

## III. ΠΕΡΙ ΤΩΝ στοιχείων.

## III. DES ELEMENS.

23. *Ante omnia verò confusum istud chaos secundũ densitatis & raritatis gradus in quatuor species separavit* (segregavit.)

23. Πρὸ πάντων τὴν οὐσίαν ἄτακτον, χάος λεγόμενον, εἰς τέσσαρα εἴδη κατὰ τὴν πυκνότητά τε καὶ χαυνότητα διεχώρησε.

23. Mais avant toutes choses il a separé, (*distingué*) ce confus chaos, (*cette masse confuse*) en quatre especes, selon les degrés de densité (*d'espaisseur*) & de rareté.

24. *Tenuissimam & subtilissimã partem fecit lucidam & calidam, & appellavit Ignem, seu lucem.*

24. Τὴν μὲν λεπτοτάτην μερίδα φωτεινὴν καὶ θερμὴν καταστήσας, πῦρ τε καὶ φῶς ὠνόμασε.

24. Et a fait la plus deliée, (*mince*) & subtile partie, lumineuse & chaude, & l'appellée feu ou lumiere.

25. *Aliam iterum tenuem, pellucidam*

25. Ἄλλην δὲ λεπτὴν, καὶ διαφανῆ, καὶ

25. Et à l'autre derechef deliée, transpa-

&

*& tepidam, dixit Aërem.*

ὑπόθερμον, ἀέρα ἔλεγε.

rente & tiede, il a donné le nom d' air.

26. *Tertia portio fluida & frigida, fuit Aqua.*

26. Τὸ τρίτον μέρος ῥευστὸν ψυχρόν τε, ὕδωρ γέγονε.

26. La troisieme portion *(partie)* fluide, *(coulante,)* & froide, a esté l eau.

27. *Sub qua mansit sedimentum crassum, limus, seu terra.*

27. Ὑφ' ᾧ ὑπόστασίς τις κολλώδης, ἰλὺς, τέλμα, πηλὸς, καὶ γῆ ἔμεινε.

27. Sous laquelle est demeuré un sediment, *(lie)* espais, qui est le limon, *(la boüe,)* ou la terre.

28. *Atque hæc sunt simplicia corpora, ex quibus composita* (mixta) *exsurgunt.*

28. Καὶ ταῦτα τὰ στοιχειώδη καὶ ἄμικτα σώματά ἐστι, ὧν ἀπὸ τὰ μικτὰ καὶ συντεθειμένα ἐξανίσταται.

28. Et ce sont là les corps simples, desquels se font les composez, *(mixtes.)*

29. *Omnia enim reliqua ex his constant.*

29. Ἅπαντα γὰρ τὰ λοιπὰ ἐκ τούτων πέφυκε.

29. Car de ceux ci sont composez tous les autres.

30. *Quippe ex iis generantur, iis nutriuntur, in eadem, dum corrumpuntur, resolvuntur.*

30. Ἐκ τούτων γεννᾶται, τούτοις τρέφεται, εἰς ταῦτα φθειρόμενα ἀναλύεται.

30. Veu qu'ils sont engendrez d'eux & en tirent leur nourriture, & sont dissous en eux quand ils se corrompent.

## IV. DE FIRMAMENTO.

## IV. ΠΕΡΙ ΤΟΥ στερεώματος.

## IV. DV FIRMAMENT.

31. *Astra sunt veluti lampades in æthere suspensæ, ut indesinēter circumcirca rotatæ, lumine suo tenebras illuminent, cursu autem temporum vices dimetiantur.*

31. Τὰ ἄστρα καθάπερ λαμπάδες ἐν ἀέρι κρεμάμενα, καὶ ἀλλήλως περιχαζόμενα, ὡς καὶ τὸ σκότος φωτίζοντα, κινήσει δ' ἐγκύκλῳ τοὺς χρόνους καὶ τὰς τῶν ὡρῶν στροφὰς μετρεῖ.

31. Les Astres sont comme des lampes, *(lumieres)* pendues. *(suspendues)* en l'air, afin que tournans incessamment en rond, par leur lumiere ils esclairent les tenebres, & par leur cours, *(course,)* ils mesurent les vicissitudes, *(changemens)* des temps, *(saisons.)*

32. *Planetæ, quorum ordinē hi versiculi complectūtur, sunt septem:*
Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter, Saturnus.

32. Οἱ πλανῆται, ὧν τάξιν ταῦτα τὰ στιχίδια συνείληφε, ἑπτά εἰσιν.
Ἡ σελήνη, ὁ ἑρμῆς, ἡ ἀφροδίτη, ὁ ἥλιος, ὁ ἄρης, ὁ ζεὺς, ὁ κρόνος.

32. Il y a sept Planetes, dont l'ordre est compris en ces lignes:
*La Lune, Mercure, Venus, le Soleil, Mars, Iupiter, Saturne.*

*Quisque in peculiari suo orbe.*

Ὧν ἕκαστος τὸ ἴδιον κέντρον περιέχων διατελεῖ.

Chacune en sa Sphere particuliere.

33. *Infima est* ☽ *Luna, quæ incrementa & decrementa pati videtur, retardationeque suâ Menses efficit.*

33. Ἡ σελήνη αὔξησίν τε καὶ μείωσιν ἐπιδεχομένη, καὶ γῆν περιοδεύουσα, τῇ τελευτῇ ἑαυτῆς μῆνας ποιεῖ. καὶ κατωτάτη τε καὶ ἐσχάτη ἐστί.

33. La plus basse de toutes est la Lune, qui semble croistre & decroistre, & par son retardement fait les mois.

34. ☉ *Sol jubare corusco radians, ab Oriente per Meridiem in Occidentem festinâ celeritate revolutus, revolutione suâ dies 24 horis, & annos 12 mensibus; 52 hebdomadibus; 365¼ diebus, definit.*

34. Ὁ ἥλιος λαμπροτάτῳ φέγγει στίλβων ἀπ' ἀνατολῆς διὰ τοῦ κύκλου μεσημβρινοῦ πρὸς τὴν δύσιν θαυμαστῷ τάχει κυλινδούμενος τῇ στροφῇ ἡμέραν ὥραις κδ', τὸ ἔτος ιβ' μησίν, νβ', ἑβδομάσιν, τξε' ἡμέραις σὺν μιᾶς μέρει τετάρτῳ, περιγράφει.

34. Le Soleil rayonnant par sa resplendissante lueur, roulant, (*tournant*) d'Orient par le Midi en Occident, avec une hastive vistesse, par sa revolution definit les jours, en vingtquatre heures, & les ans, (*années*) en douze mois, cinquante deux semaines, trois cens soixante cinq jours & un quart.

35. *Ortum ejus præcedit Aurora, & diluculum, quum diescit & lucescit.*

35. Τῇ ἀνατολῇ αὐτοῦ ὄρθρος βαθὺς, καὶ ἡ ἠὼς τῆς ἡμέρας ἐπιφωσκούσης τε καὶ ὑποφαινομένης, προηγεῖται.

35. L'aube, (*l'aurore*) & le point du jour precedent son lever, quand le jour commence à poindre & esclairer.

36. *Occasum* (obitum) *sequitur crepusculum* (hoc est crepera lucula) *cùm vesperascit, & noctescit.*

36. Τῇ δύσει αὐτοῦ τὸ λυκαυγὲς, ὅταν πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, (συσκοτάζει) ἕπεται.

36. Le crepuscule, *(l'entre chien & loup)* suit son coucher, lors qu'il se fait tard & que la nuict vient.

37. *Ascendens ad verticem nostrum supernum,* (*qui vulgò* Zenith; *cui inferus, vulgò* Nadir, *opponitur*) *seu declinans ab Æquinoctiali ad Tropicum Cancri, sive Solstitialem, facit ver: rursumque ad Tropicum Capricorni sive hiemalem descendens, autumnũ: & utrobique Æquinoctium.*

37. Πρὸς τὴν ἀνωτάτην κορυφὴν ἀναβαίνων, ζένιθ λεγομένην. ἣ κατωτάτη νάδιρ ἀντικειμένως ἔχει, ἢ ἀποκλίνων ἀπ' ἰσημερινοῦ κύκλου, πρὸς τὸν τροπικὸν τοῦ καρκίνου, ἔαρ· πρὸς δὲ τὸν τροπικὸν χειμερινὸν τοῦ αἰγοκέρωτος καταβαίνων τὴν ὀπώραν, καὶ τὴν ἰσημερίαν ποιεῖ.

37. Montant vers nostre poinct vertical (qui s'appelle vulgairement *zenith*, auquel est opposé celui de dessous nous, communément nommé (*Nadir*) ou declinãt de l'Equinoctial vers le Tropique de Cancer ou Solstitial, il fait le printemps. Derechef descendant vers le Tropique de Capricorne ou d'hyver, il fait l'Automne; & des deux costez l'Equinoxe.

38. *Imus dat Brumam, orditurque Hiemem: summus Solstitium, inchoatque Æstatem, ubi Sirius,* (canicula, *seu* caniculæ stella) *excitat æstum.*

38. Κατώτατος ἐν τροπαῖς χειμεριναῖς, τοῦ χειμῶνος· ἀνώτατος ἐν θεριναῖς, τοῦ σειρίου φλογουμένου, ἀρχὴν τοῦ θέρους ποιεῖ.

